



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus Tres spirituales

Arias, Francisco

Coloniae, 1615

15. Mortificatione item internam pacem, & solatium spirituale animæ
suppeditari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48767](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48767)

MORTIFICATIONE. 289

impedimenta adsint pauciora. Denique hinc discimus eos, qui operam nauare volunt orationi mentali, saluberrimè se dedere mortificationi omnium prauarum cupiditatum; tum, vt puritatem & lucem animi, de qua diximus, consequantur, tum vt muniti sint contra multos lapsus, pericula, & detrimenta. Experientia enim quotidiana liquet, eos qui humilitatis & abnegationis sui studia refugiunt, nec consilia Patrum spiritualium sequuntur, turpissimè sæpè à dæmone, carne, & mundo in fraudem induci. Vnde alicubi S. Gregorius *San-* *Lib. 5. mo-*
cti, inquit, viri, qui à mundi operibus, non ral. c. 22.
corpore, sed virtute sepiuntur, laboriosius dor-
miunt, quàm vigilare potuerunt: quia in eo,
quod actiones huius seculi deserentes superant,
robusto conspectu quotidie contra semetipsum
pugnant, ne mens per negligentiam torpeat,
ne subacta ocio ad desideria immunda fri-
gescat.

CAPVT XV.

*Mortificatione orationem mentalem etiam
 in eo iuuari, quod internam pacem &
 solatium spirituale conciliet.*

Quoniam orationis mentalis exercitatio ingentem fructum affert vitæ Christianæ, vt alibi de-

monstrauimus, congruens est, ut
per mortificationem magis magis
perficiamus. Ac ut ad hoc studium
crius incitemur, alias proferemus
tiones, car illud nobis esse debeat
mendatum. Ad orationem mentalem
rectè instituendam, non parum con-
ducit pax cordis; anima enim tranquilla
& pacifica sponte se dedit precationi
in eaque perseverat, & cupide reuertitur
diuinarum contemplationi inhaerere.
Vnde dixit Psalmista: *Afflictus est in
pace locus eius*, id est, Dei, qui pacis ama-
tor est. Ad quod significandum Deus
mandauit tempore summæ pacis ad-
ficari templum, in quo habitaret, & be-
neficia sua fidelibus impartiret. Promi-
tuitate quoque sua in carne delegit tem-
pus altissimæ pacis, quanta non fuerat
à multis seculis, quibus tyrannis ince-
perat. Eliæ quoque Prophetæ Deus non
se manifestauit in vento vehementi,
aut forti, nec in terræ motu, nec in i-
gne ardenti, sed in aura leni & suauis.
Certum est, etiamsi homo, quando tur-
batus est, & inquietus, orationem re-
linquere non debeat, quia & ipsa ad
componendum tranquillandumque a-
nimam perturbatum valet; tamen &
illud certum est, turbationem, distra-

Psalm. 75.

3. Reg. 5.

3. Reg. 15.

ctio-

tionemq; animi plurimum impedire
 & attentionem in orando, & fructum
 orationis spirituales. Ad obtinendam
 autem pacem illam, & tranquillitatem,
 maxime seruit mortificandi labor: ni-
 hil enim aliud mentem de statu suo de-
 turbat, nisi passionum internarum fu-
 ror & intemperies, quæ mortificatio-
 nis beneficio coercentur, & expugnan-
 tur. Quanquam enim negari non pos-
 sit, pacem ac quietem animi non pa-
 rum disturbari iniurijs, contumelijs,
 aduersitatibus, bonorum rapina, & alijs
 huiusmodi; tamen affirmandum, pri-
 mariam causam omnis inquietudinis
 esse passionum, & cupiditatum nos-
 trarum intemperantiam. Nam si homo
 iracundiam vicisset, elationem animi
 pedibus suis subiecisset, amorem cadu-
 carum rerum extirpasset, soliusq; Dei
 voluntatem, non suam in omnibus quæ-
 sisset, nulla perturbatione agitari pos-
 sisset: si quis tetras aliquos odores
 collectos, & inter se permixtos, in
 massam panis coquendi inclusisset, eo-
 que cocto alius accessisset, & pane illo
 in duas partes secto nares circumstan-
 tium fœtore compleisset, tum non ille,
 qui panem secuerat, sed qui odores in-
 cluserat, fœtoris illius auctor diceretur:
 haud

haud secus censendum est de corde
ffro: Habet homo cordi sæpe incli
vias passiones iræ, superbiæ, auaritiæ
quam diu ex sententia & voto omnia
succeedunt, æstimatur probus & factus
at simulatque verbo vel facto in re
qua suæ voluntati aduersa læsus
mox expallescit, indignatur, & fe
prodit, quibus perturbationibus sit
noxius. Hic non habet, quod quæquam
alium accuset, tanquam auctorem suæ
perturbationis & inquietudinis, nisi
velit incusare Deum, sine cuius volun
tate nulla aduersa nobis eueniunt, quæ
& hortatur nos, vt ea patientes tole
mus, tanquam de sua manu profecta
sed omnem culpam conijcere debet in
semetipsum, quod edomandis passio
num suarum bestiis non satis magnam
operam impenderit.

Quæ si vera sunt, vt sunt verissima,
liquido patet ad pacem animi solidam
obtinendam, orationemque mentalem
cum fructu instituendam, opus esse mor
tificationis exercitio, voluntatem pro
priam coercendo, & naturæ nostræ cor
ruptæ effrenes motus contrariis actio
nibus refrenando. Hanc vitæ regulam
Spiritus sanctus nobis per os Apostoli
tradidit, cum diceret: *Absti mihi gloria*
ri, nisi

Galat. 6.

MORTIFICATIONE. 293

ri, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, id est, pœnis & opprobrijs, per quæ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nominæ mundi, intelligens honores, humanas laudes, opes, voluptates carnis, & alia, quæ mundani homines magnificiunt, quæ omnia Apostolus pro re vilissima, & cadauere foetido & putrido, vnde nullam voluptatem caperet, æstimabat. Ipse quoque crucifixus & mortuus erat mundo, quia nihil eorum, quæ mundi sunt, optabat vel expetebat, non secus, quàm si omnis rerum terrenarum cupiditas in eius pectore esset extincta & mortua. Deinde mortuus erat illi, quia illum tanquam cadauer mortuum, & rem abominabilem execrabatur, persequabatur, & tantum non pedibus conculcabat. Hanc regulam viuendi, quotquot sectati fuerint, hoc est, in cruce Christi gloriati, & mortui mundo fuerint, pacem illam Dei, quæ exsuperat omnem sensum, & puras reddit conscientias, diuinamque misericordiam, qua ab omni noxa liberentur, hæreditabunt.

Refert Beatus Dorotheus, se initio susceptæ religiosæ vitæ mortificasse suam voluntatem, parendo alienæ superiorum, & honorum cupiditatem.
pate-

patefaciendō iisdem tentationes & tribulationibus suis cogitationes, eoq; exercitiorum secutum tantam animi pacem & tranquillitatem, vt nec vllum religiositatis opus, nec vlla calamitas deus molestiam aliquam, aut perturbationem ipsi attulerit. Et quia illis nondum erat rerum diuinarum tam intelligens, ac postea; dubitare cœperat, curamne & rectam viam teneret in celum, eò quod per tribulationes multas quas ipse non experiebatur, aditus pararet ad cœlum. Cum vero nec dubitatio illa consuetam ei pacem adimeret, scripto proposuit eam suo cuidam Patri spirituali, magna sanctitate conspicuo, qui ei respondit. Metum omnem depoueret, tranquillitatem illam naturam esse ex mortificandi studio, quod conseruasset, voluntatem & iudicium subiciendo iudicio, & voluntati superiorum, & in manus Dei, maiorumque suorum omnia tradendo. Fœlices itaque & beati sunt, qui à Deo impetrant voluntatem, viresque se mortificandi, diligensque studium adhibent in refrœnandis prauis animi perturbationibus: illi enim in hac terra incipiunt gustum capere illius serenissimæ pacis, quæ erit in cœlo. Nam, vt præclare

*In Benjamin
minori. c. 26.*

clare notauit Richardus de S. Victore, duabus in rebus consistit beatitudo. Primum, vt homo careat ijs, quæ habere non cupit. Secundò, vt possideat omnia, quæ habere concupiscit. Vtrumque autem consequitur seruus Dei, dum se mortificat in terra: nam cum ex amore Dei abhorreat à voluptatibus sæculi, & corporis afflictiones diligit, vbiunq; tandem fuerit, inuenit quod desiderat, nec aduersitatem aliquam patitur, quam non optarit: qui status hominis non est aliud, quàm principium, & delibatio quædam æternæ felicitatis.

Altera ratio, cur conueniens sit cum oratione mentali iungi mortificationem, est huiusmodi: Oratio mentalis, vel diuinarum rerum meditatio, est ordinarium medium, & exercitium proprium, quo homo fit diuinarum consolationum, omniunaque sanctorum affectionum amoris, spei, contritionis, gaudij, aliorumque donorum spiritualium particeps, vt alibi demonstrauimus. Quare certum est, exercitiū quo anima disponitur ad recipiendas huiusmodi consolationes, esse mortificationis, quippe cum huius beneficio omnes cupiditates rerum caducarum

terre-

*Tract. 5. de
orat. menta-
li p. 3.*

terrenarumq; solatia resecantur, ac
 que & libenti animo poena & afflic-
 nes ijs contrariae suscipiantur. Con-
 siquidem terrenas consolationes e-
 metro pugnare cum caelestibus, &
 morem inordinatum rerum creatarum
 cum gustu diuinarum: atq; ideo quae
 diu animus hominis affixus est solatiis
 terrenis, fieri non potest, vt se erigat
 caelestes, vt testatur S. Bernardus in
 verba. Sunt multi inter nos, qui de vni-
 uersa ne comedunt nobiscum, miseri & miserabi-
 les, vt pote socij tribulationis, & non consola-
 tionis. Huiusmodi autem, si diu ita perma-
 serint sub onere, aut opprimuntur, & suc-
 cumbunt, aut quodammodo in inferno sunt,
 vt nunquam ad plenum respirent in luce mis-
 erationum Domini, nec in libertatem spiritus,
 quae soia facit iugum suauis, & onus leue. In-
 de autem tam perniciose tepiditas emanat,
 quia affectus, id est, voluntas eorum nondum
 purgata est; nec bonum sic volunt, sicut non-
 runt a propria concupiscentia abstracti gra-
 uiter & illecti. Amant enim in carne sua
 terrenas consolatunculas, siue in verbo, siue
 in signo siue in facto, siue in aliquo alio: et
 haec interrumpant aliquando, non tamen pe-
 nitentia rumpunt. Inde est, quod raro affectiones
 suas dirigunt in Deum, & eorum compunctio
 non continua, sed horaria est. Impleri autem
 viff-

Serm. 3. de
 accensio.

MORTIFICATIONE. 297

visitationibus Domini anima non potest, que
 hic distractionibus subiacet: & quanto magis
 illis euacnabitur, tanto amplius istis implebitur:
 si multum, multum: si parum, parum.
 Hucusque Beatus Bernardus. Quæ doctrina,
 vti certa & vera est, multaque experientia
 probata, sic magna consideratione digna est.
 Nam ex vna parte vehementer damnat tepiditatem
 eorum, qui initio seruiendi Deo facti, ne
 vilissima aliqua consolatione destituantur,
 minimas etiam mortificationes subterfugunt:
 & ne voluntatem suam alteri subiiciant,
 aut carni aliquam crucem imponant,
 maximos thesauros spirituales consolationum
 diuinorum, quibus pulcherrimis virtutibus
 meritisque, animam complere poterant,
 vltro negligunt & contemnunt. Ex altera
 vero parte hæc eadem doctrina sedulo
 expensa plurimum mouere nos potest
 ad sanctæ mortificationis exercitacionem
 amplectendam. Quis enim deinceps
 in rebus exiguis non coerceat cupiditates
 suas, si postea velit ijs dominari in
 magnis? Quis non voluntati suæ renun-
 ciabit in rebus terrenis nullius pretij,
 vt acquirat cœlestes summi pretij? Quis
 non consolationes viles terum creatarū
 posthabeat diuinis suauissim-

Ise. 58.

uissimisque consolationibus creari, maximæque promissioni nobis Deo per Isaiam Prophetam iam factæ; cum diceret: *Si aueraris à leuatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die Sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & Sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis uoluntatem tuam, & non inuenitur uoluntas tua, & non inuenitur sermo tuus. Tunc delectaberis super altitudinem Domini, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui.* Delectari in Domino, quid est aliud, quam mirabili consolatione perfundi? quid sustolli super altitudinem terræ, quam pectore generoso, spirituque diuino donari, quo omnes res caducæ huius mundi, cum nihil firmi nihil pendantur; quid denique cibari hereditate Iacob Patriarchæ promissæ, quam animam omnibus gratiæ donis in pignus æternæ foelicitatis ornari, instrui.

CAPVT XVI.

Mortificationis ope tentationes, omnesque animi hostes expugnari, peccata futura impediri, & gratiam semel acceptam conseruari.

Ad